



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum peccet quis mortaliter negando veritatem per quam
condemnaretur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quibus solum tenetur reus fateri veritatem. Primus est, cum praesit infamia super aliquo crimine...

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum peccat aliquis mortaliter veritatem negando, per quam condemnaretur.

Secundo, Vtrum liceat alicui se calumniosè defendere.

Tertio, Vtrum liceat alicui iudiciū subterfugere appellando.

Quarto, Vtrum liceat alicui condemnato, per violentiā se defendere, & adit facultas.

ARTICVLVS I.

Vtrum absque peccato mortali possit accusatus veritatem negare, per quam condemnaretur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod absque peccato mortali possit accusatus veritatem negare, per quam condemnaretur. Dicit enim Chry. Non tibi dico, vt te prodas in publicū,

nisi index illi manifestet, excusabit eum. Debet quoque ei manifestari, ut possit se ab illis purgare...

neque apud alium accuses: sed si veritatem confiteretur in iudicio accusatus, seipsum proderet, & accusaret. nō ergo tenetur veritatem dicere, & ita nō peccat mortaliter, si in iudicio mentiatur.

Præ. Sicut mendacium officiosum est, quando aliquis mentitur, vt alium a morte liberet: ita mendacium officiosum est, quando aliquis mentitur, ut se liberet a morte, quia plus sibi tenetur, quam alteri: mendacium autem officiosum non ponitur esse peccatum mortale, sed veniale, ergo si accusatus veritatem in iudicio neget, vt se a morte liberet, non peccat mortaliter.

Præ. Omne peccatum mortale est contra charitatem, vt supra dictum est: sed quod accusatus mentiatur, excusando se a peccato sibi imposito, non contrariatur charitati, neque quantum ad dilectionem Dei, neque

quia author alibi dicit, quod si factum est notorium, verbi gratia, Furtum factum est, sed nescitur eius author, nec habentur iudicia alicuius, praeter allegata collatione Magistros. Et simpliciter, quia s. q. r. capit. Quidam. B. Gregorius excommunicauit oculum actorem libelli famosi, nisi se reuelauerit, & c. patet ibi. Et communiter videtur excipi casus, quando factum est notorium, & author occultus a casibus, in quibus inquisitio fieri nequit. Ad hoc dicitur, quod consilium scripturae sacrae, & iuri canonico, & rationi est, quod oculus author non tenetur se prodere. Cum enim contra Cain, & Sodomam procederetur, praesertit clamor non solum criminis, sed personarum. Et de Sodoma aperte dicitur. Clamor Sodomorum ascendit ad me, descenditque. De Cain vero insinuat, cum dicitur. Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Extra quoque de accusationibus. Inquisitionis, expresse dicitur, nullum puniendum de crimine, super quo non laborat infamia. Ecce, quod textus utilis, quod persona sit diffamata, & c. Naturalis quoque ratio dicit, quod occultis scientie publice non subfunt iudicio publico: constat autem quod persona, quae furtum fecit, aut incendium posuit, quandoque est occultissima. Non subest igitur humano iudicio, ut teneatur se prodere.

Cum enim contra Cain, & Sodomam procederetur, praesertit clamor non solum criminis, sed personarum. Et de Sodoma aperte dicitur. Clamor Sodomorum ascendit ad me, descenditque. De Cain vero insinuat, cum dicitur. Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Extra quoque de accusationibus. Inquisitionis, expresse dicitur, nullum puniendum de crimine, super quo non laborat infamia. Ecce, quod textus utilis, quod persona sit diffamata, & c. Naturalis quoque ratio dicit, quod occultis scientie publice non subfunt iudicio publico: constat autem quod persona, quae furtum fecit, aut incendium posuit, quandoque est occultissima. Non subest igitur humano iudicio, ut teneatur se prodere.

Ad primam autem obiectionem in oppositum, ex quo author in libro hoc, ubi ex proposito magis tractat illam sententiam, non explicauit, dicitur, quod pro infirma habetur.

Ad secundam dicitur, quod aliud est praecipere, quod se reuelat, & aliud est praecipere disinctionem, scilicet, aut probet quod propoluit, aut poeniteat, aut sit excommunicatus, & c. Gregorius non praecipit primum, sed secundum. Et scito, quod sicut ante factum potest excommunicari quicumque fuerit, uel incendium commiserit, & huiusmodi: ita post factum potest excommunicari quicumque fecit. Et quia potest excommunicari absoluit, multo magis potest excommunicari sub conditione, quae pendet ex voluntate rei, si non se reuelauerit. Intelligitur siquidem lata tunc excommunicatio non super debito reuelandi, sed super commisso crimine, & de gratia speciali apposta est illa conditio, qua possit reus, si uult, euadere excommunicationem. Et hoc dicitur sonat canon ille Gregorii. Absolutè autem praecipere, quod reuelat se, excedit uires humani iudicii, & propterea non tenetur ille obedire. Et nimis timidi uidentur mihi illi doctores in hoc fuisse, qui oppositum sensisse uidentur. Oportet igitur uel infamiam, seu clamorofam insinuationem, uel iudicia manifesta personarum, & criminis se praecedere, ut uehementer suspectam reddant personam ad hoc, ut teneatur ad praecipium superioris se ipsum reum prodere. Quando autem in tertio sumus casu, si quod praecedit semiplena probatio, constat etiam, quod teneatur aduertendum, quod cum plena probationem efficit unus testis omni exceptione maior. Et est sermo de teste secundum iura, qui si non actor, non secretus depositor, sed uere testis est iuratus, non particeps criminis, & ad iudicium concurrens, ut testis. Hoc est, quod ultra accusatorem, uel id quod tenet accusatoris locum, ut infamia & c. ille o exceptione maior testis directè de iure commissio criminis ab isto, puta, quia uidit ipsum occidere illum, uel furari hoc, si c. n. est uerè testis semiplene probas.

In

talibus illa exigi uult: praecedentem infamiam super aliquo crimine, quod si duo, uel plures iurati affirmant, aliquem crimen aliquod eidem uidentibus commississe, de quo aliqua non laborat infamia non est contra eum propterea inquirendum, & c. Nec ratio que illos mouet, scilicet quia non propter occultationem peccati, sed propter occultationem peccatoris prohibetur homo de occultis iudicare, concludit intentionem eorum: quoniam factum est, quod iudicium de occultis sit prohibitum non propter occultationem peccati, immo quia peccatum est occultum. ideo ex eorum patet est ab inquisitione humana, & iudicio humano: quoniam omnia iudicia humana ad publicam potestatem, scientiamque spectant. Caneant ergo iura, & iudiciorum suorum conscientiae praetati illorum religiosorum, qui diffamato de uno, praecipunt inquirendo de aliis, de quibus non est diffamatus: peccant enim ipse praecipiendo, & iudicari non tenentur obedire. Nec excusantur praetati huiusmodi ex eo, quod inquirunt de aliquo, de quo fuerit aliqua suspitio aliquando. Oportet enim infamiam, seu clamorofam insinuationem praecedere, & non simplicem suspitionem, ut dictum est.

In secundo autem casu, cum scilicet manifesta apparuerint iudicia, nota tria. Primo, quod iudicium dupliciter sumi potest, primo communiter, ut frequenter usu signa iudicia uocamus: alio modo proprie, ut iurista iudicia nomine utuntur. Et sic sumitur in proposito, & distinguitur in iudicium perfectum, & imperfectum, adeo ut multi testes singulares, nisi aliquis eorum sit omni exceptione maior, non faciant apud eos unum perfectum iudicium, & uolunt ad iudicium requiri duos testes.

Secundo, quod non singulariter, sed pluraliter author dicit, iudicia regulariter unum iudicium non sufficit ad praecipiendum, & uentatem extorquendam a reo. Dico autem regulariter, quia materialiter de iudiciis multum ex prudentia iudicis pendet, con sideratis conditionibus, & circumstantiis personarum, loci, temporis, conditionis, & c.

Tertio, quod author dicit, iudicia non qualicumque, sed manifesta, quod ad tria referri intelligo. Primo ad factum, cuius est iudicium, ita quod manifeste indicent tale factum. Secundo ad personam, ita quod indicent, quod ipsa perpetraverit tale factum. Nam sicut praecedens infamia de crimine intelligitur non de crimine absoluitè, sed de crimine huius personae, ita quod personae sit diffamata de crimine: ita in iudiciis oportet, ut iudicia personae criminosa appareant. Tertio ad processum, ita quod iudicia huiusmodi manifestentur reo, ut sciat se esse in tali articulo constitutum, & teneatur obedire iudici praecipienti, & extorquenti uentatem: alioquin cum ipse reputet se esse occultum, & ista iudicia sine non iuris, sed facti, ignorantia facti quod latet ipsum,

In responsione ad tertium primi articuli, ubi dicitur & probatur mendacium in iudicio esse peccatum mortale, quia est contra dilectionem Dei, cuius est iudicium: & contra dilectionem proximi, iudicis scilicet, cui debium negat, dubium occurrit, An propter imperfectionem actus ex parte materiae excuset a peccato mortali mentiendi in iudicio. Verbi gratia.

In iudicio sacramenti poenitentiae reus interrogatur a iudice confessore, scilicet an dixerit, vel fecerit tale quid, quod est peccatum veniale, & reus negando mentitur, an mendacium tale sit peccatum mortale. Et est ratio dubii, imperfectio actus mentiendi ex parte materiae, quia scilicet mentitur in materia non necessaria ad iudicium: ex hoc enim videtur excusari a peccato mortali. Nam ex hoc, quod non tenetur fateri hoc in iudicio, sequitur, quod non est mendacium circa debita iudicii veritatem, ac per hoc, quod non sit mortale.

In oppositum autem est, quod mendacium in iudicio, quantum in se est, incurrit iudicii vim &c. Ad hoc dicitur, quod huiusmodi mendacia in iudicio sunt peccata mortalia ex hoc ipso, quod ad iudicium spectant: & contra veritatem iudicii sunt, ut patet ex hoc, quod iudicium, quod super hoc mendacium fundatur, falsum oportet esse. Et in foro poenitentiae iniuria precipue fit Deo, cuius est peculiariter iudicium illud, ut patet. Imperfectio autem materiae habet locum respectu actus mentiendi secundum se, sed non ut substat iudicio, sicut non habet locum ut substat iuramento. Ita quod si dicitur mentiendi in quocumque leui, si adhibet iuramentum, peccat mortaliter: ita mentiendi in quocumque leui, si submittit mendacium illud iudicio, peccat mortaliter. Ipsa enim vis iudicii exigit veritatem.

quantum ad dilectionem proximi, ergo huiusmodi mendacium non est peccatum mortale. SED CONTRA. Omne quod est contrarium diuinae gloriae, est peccatum mortale, quia ex parte tenemur omnia in gloriam Dei facere, ut patet 1. ad Corinth. 10. sed quod reus id, quod contra se est, confiteatur, pertinet ad gloriam Dei, ut patet per illud quod Iosue dixit ad Acham. Fili mi, da gloriam domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas, ut habetur Iosue 7. ergo mentiri ad excusandum peccatum, est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod quicumque facit contra debitum iustitiae, mortaliter peccat, sicut supra dictum est. Pertinet autem ad debitum iustitiae, quod aliquis obediatur suo superiori in his, ad quae ius praelationis se extendit. Iudex autem, ut supra dictum est, superior est respectu eius, qui iudicatur, & ideo ex debito tenetur accusatus iudici veritatem exponere, quam ab eo secundum formam iuris exigit. Et ideo si confiteri noluit veritatem, quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negauerit, mortaliter peccat. Si vero iudex hoc exquirat, quod non potest secundum ordinem iuris, non tenetur ei accusatus respondere: sed potest vel per appellationem, vel aliter licite subterfugere: mendacium tamen dicere non licet.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quando aliquis secundum ordinem iuris a iudice interrogatur, non ipse se prodit, sed ab alio proditur, dum ei necessitas respondendi imponitur per eum, cui obedire tenetur. AD SECUNDUM dicendum, quod mentiri ad liberandum aliquem a morte cum iniuria alterius, non est mendacium simpliciter officiosum, sed habet aliquid de pernicioso admittum. Cum autem aliquis mentitur in iudicio ad excusationem suam, iniuriam facit ei, cui obedire tenetur, dum sibi denegat, quod ei debet, scilicet confessionem veritatis. AD TERTIUM dicendum, quod ille, qui mentitur in iudicio se excusando, facit & contra dilectionem Dei, cuius est iudicium, & contra dilectionem proximi, tum ex parte iudicis, cui debitum negat: tum ex parte accusatoris qui punitur, si in probatione deficiat. Unde & in Psal. 140. dicitur. Ne declines cor meum in uerba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis.

Vbi dicitur gl. Haec est consuetudo impudentium, ut deprehensi, per aliqua falsa se excusent. Et Greg. 22. Moral. exponens illud Iob 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum, dicit. Veritatem humani generis uirum est, & libendo peccatum committere: & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare.

ARTICVLVS II. Vtrum accusato liceat calumniose se defendere.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur accusato liceat calumniose se defendere: secundum iura civilia, in causa sanguinis, cuiuslibet aduersarium suum corrumpere: maximè est calumniose se defendere, quod peccat accusatus in causa sanguinis, si eum se defendat.

¶ 2. Prat. Accusator cum accusato colliditur recipit a legibus constitutum, ut habetur 3. non autem imponitur poenam accusato quod cum accusatore collidit, ergo iudex licet accusato calumniose se defendere. ¶ 3. Prat. Prouerb. 14. dicitur. Sapiens timet a malo: stultus autem transiit, & confidit in lud quod sit per sapientiam, non est peccatum aliquis qualitercumque se liberet a malo opponit.

SED CONTRA est, quod in causa criminali de calumnia est praesumendum, ut habetur de iuramento calumniae. Inherentes quod si calumniose se defendere liceret, ergo non peccat accusato calumniose se defendere.

RESPON. Dicendum, quod aliud est ueritatem, aliud est falsitatem proponere, quae in aliquo casu licet. Non enim aliquis tenetur ueritatem confiteri, sed illam solam, quae potest, & debet requirere iudex secundum ordinem iuris, puta, cum praesentit infamiam crimine, uel aliqua expressa indicia apparentiam cum praesentit probatio simpliciter tamen proponere in nullo casu licet: id autem quod licitum est, potest aliquis proferre vel per vias licitas, & si intentio accommodata pertinet ad prudentiam: uel per aliquas vias, & proposito fini incongruas, quod per accidens tamen, quae exercetur per fraudem, & dicitur supra dictis patet, quorum primum est mendacium secundum ueritatem. Sic ergo tenetur accusatus fatetur, licet se defendere, ueritatem occurrere confiteri non tenetur per aliquos modos, puta, quod non respondeat, sed respondere non tenetur: hoc autem non tenetur calumniose se defendere, sed magis prudentiam tenetur tacere, quam confiteri tenetur. Non autem licet ei vel falsitatem dicere, uel aliquem dolum, uel fraudem adhibere, & dolum uim mendacii habent. Et hoc est, quod se defendere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod multae leges humanas impunita relinquantur, quae diuinum iudicium sunt peccata, sicut patet de fornicatione: quia lex humana non potest minime omnino dā virtutem, quae patet

q. 59. arti. 4.

q. 65. arti. 1.